Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.

Wien, 1799 Seite 719

Quelle:
Copyright:



*num.* Initium: *Nam cum ante hos dies pariter* &c. et finis: *ceperit retribuere mercedem. Vigilio Tapſenſi* reſtitutam collocarunt *Mauriani* in *Append.* T. VIII. *col.* 39. inſcriptam: *Liber de Unitate Trinitatis.*

XVI. *fol.* 169. Triga *Sermonum*, quorum primus, *de penitentia* incipit: *Penitentes, penitentes* &c. et eſt T. V. *Sermo* CCCXCIII. *col.* 1506. Secundus, qui inſcribitur *de ymagine*, nihil eſt aliud, quam Caput XXXV. Libri *de Spiritu et Anima*, cujus initium: *Tanta dignitas humane conditionis* &c. ut habes in *Append. T. VI. col.* 49. ubi ſimul ex *Admonitione* praevia diſcis, quot Autoribus tributus fuerit olim conſarcinatus ille Liber, cujus Caput modo memoratum in *Codice* non parum ab editis variat. Tertius inſcriptus *de reſurrectione*, et incipiens: *Reſurrectio et clarificatio domini noſtri ihesu chriſti* &c. rejectus eſt in *Append.* T. V. ubi *n.* CCLII. *col.* 413. comparet.

XVII. *fol.* 170. p. 2. *Incipit liber* (ſeu Epiſtola) *beati auguſtini ad eutropium et paulum epiſcopos de perfectione juſtitie hominis.* Ejus initium: *Caritas ueſtra, que in uobis tanta eſt* &c. et finis: *anathematizandum eſſe non dubito.* Habetur T. X. *col.* 167.

XVIII. *fol.* 177. *Incipit liber beati auguſtini de correctione* (correptione) *et gratia.* Ita.: *Lectis litteris ueſtris ualentine* &c. Finis: *cooperit multitudinem peccatorum.* Ut T. X. *col.* 749.

XIX. *fol.* 184. p. 2. *Incipit de predeſtinatione diuina.* Diſtinguendus Liber a genuino *de Praedeſtinatione Sanctorum.* Praeſens hic extat in *Append.* T. X. *col.* 49. inſcriptus *de Praedeſtinatione et Gratia ſuſpecti Autoris.* Ejus initium: *Cum ſacrarum uoluminibus litterarum* &c. Finis: *contumacie uoraginem decidamus.*

XX. *fol.* 188. p. 2. *Incipit liber beati auguſtini de immortalitate anime.* Initium: *Si alicubi eſt diſciplina* &c. Finis: *de quo dictum eſt, probatur.* Additur locus e L. I. *Retract.* c. 5. Extat T. I. *col.* 387.

XXI. *fol.* 192. Pentas *Epiſtolarum.* Prima *Auguſtini ad Macedonium: Negotioſiſſimum in republica virum* &c. T. II. *n.* CLIII. *col.* 524. Secunda *Macedonii ad Auguſtinum: Miro modo afficior* &c. T. *cit. n.* CLIV. *col.* 535. Tertia rurſus *Auguſtini ad Macedonium: Quamvis ſapientiam, quam mihi tribuis* &c. T. *cit. n.* CLV. *col* 536. Quarta *Auguſtini ad Largum: Accepi litteras eximietatis tue* &c. T. *cit. n.* CCIII. *col.* 764. Quinta *Alypii et Auguſtini ad Maximum: Cum a ſancto fratre et coepiſcopo* &c. T. *cit. n.* CLXX. *col.* 608. Verum haec abrumpitur in verbis: *et illi ſoli ſervies.*

XXII. *fol.* 196. *Incipit liber beati auguſtini ad aurelium de opere monachorum.* Initium: *Juſſioni tue ſancte frater aureli* &c. Additur in fine locus L. II. *Retract.* c. 21. ut T. VI. *col.* 475.

XXIII.